

www.e-rara.ch

**Pandectarum sive partitionum universalium Conradi Gesneri Tigurini,
medici & philosophiae professoris, libri XXI**

Gessner, Conrad

Tiguri, anno 1548

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: 5.13,2

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1936>

Partitionum universalium liber tertius, de rhetorica.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

PARTITIONVM VNIVER

SALIVM LIBER TERTIVS, DE RHETORICA.

IOANNI OPORINO TYPOGRAPHO AB

ERVDITIONE ET DILIGENTIA LAV-
datissimo, Conradus Gesnerus S. D.



VANQVAM permulti optimi libri, ueteres, noui, Græci, Latini, eruditi, utiles, iucundi, rari, alij alijs et singuli sanè multis laudibus præclari, doctissime Oporine, ex Officina tua Troiani instar equi fecunda, in lucem produerint, & plures quotidie prodeant: Partitiones tamè oratorias, in quo genere plurimos insignes libros apud te natos nūc præcipue memini, tuò maxime nomini inscribendas duxi. Nam, ut aliquos huius argumenti enumerem, tua opera in studioso rum manus uenerunt, Aristotelis rhetoricorum libri 3, ad Theodecten, ab Hermolao Barbaro Latinitate donati, & Danielis Barbari scholijs illustrati: Theonis sophistæ progymnasmata rhetorica Græce, & Latine reddita per Ioachimum Camerarium: In Ciceronis rhetoricos libros omnes: & in eiusdem Orationes, Philosophica, & Epistolas omnes commentaria: & in Tusculanas quæstiones Ioachimi Camerarij commentarij: Collectanea rhetoricæ, cum Tabulis Mosellani, rhetoricæ Philippi, & ad Herennium, & alijs: Elementa rhetoricæ Ioachimi Camerarij: In T. Liuij conciones omnes Ioachimi Perionij annotationes: Demosthenis orationes duæ contra Androtionem & Leptinen, Bassiano Lando & Petro Nanno interpretibus: Marij Nizolij obseruationes in Ciceronem: Basilij Zanchi uerborum Latinorum ex uarijs authoribus epitome: Vitruuij Roscij de perfecta elocutione & scribendis epistolis liber. Hæc & alia plura fortè, quæ nondum uidi aut non memini ad rhetoricen pertinentia, studiosis publica fecisti: in cæteris uero philosophiæ partibus, & facultatibus, ut multi uocant, quæ & quot egregia uolumina apud te nata renataue sint, in præsentia enumerare nimis prolixum foret: neq; si uelim etiam, omnia possem: aliqua tamen è multis nominabo. In philosophia igitur excusa à te sunt, Porphyrij quinque uoces Ioachimo Perionio interprete, & isagogæ quædam in Aristotelis dialectica, & philosophiam: Aristotelis categoriæ, de interpretatione liber, Topica & Elenchi eodem interprete cum annotationibus in singulos: Ioachimi Perionij de dialectica libri 3. Ethica cum commentarijs Eustrati, Aspasij & aliorum, Bernardo Feliciano interprete: Politica Aristotelis Ioachimo Perionio interprete, cum eiusdem annotationibus, & Martini Borrhæi: De magistratibus Atheniensium Gul. Postelli liber. In physica epitome Basilij Zanchi: Theophrasti opera Græce. In re medica, Andreæ Vesalij de humani corporis fabrica libri 7. Eiusdè Epitome Latine et Germanice: Bassiani Landi de historia corporis humani libri 2. Eiusdè Iatologia, siue Medicæ artis methodus: Antonij Fumanelli libri de febribus, balneis, &c. Hippocratis opuscula præparatoria Iano Cornario interprete: Iusti Velsij opuscula medica: Leonardi Fuchsi Methodus medicinæ, De componendis medicamentis libri 3, & ratio medendi morbis, siue practica à capite ad pedes, & chirurgica, quos libros Fuchsi omnes hoc tempore nouos & auctissimos hoc anno 1548. excudisti: Polybi opuscula Albano Torino interprete: Aphorismi Hippocratis à Morisoto trāslati & illustrati. In iuris prudentia, Andreæ Alciati parergon lib. 10. Ant. Augustini emendarionum iuris atq; opinionum libri 4. Catelliani Cottæ I. C. Memorialia: Constitutio Caroli V. Imp. de causis criminalibus, cum commentarijs Iustini Gobleri: Francisci Balduini in Iustiniani Imp. leges rusticas cōmentarij. Ant. Garronis in Pomp. de origine iuris commentarij: Iustini Gobleri in l. respiciendum explanatio: Nicolai Belloni I. C. Supputationes iuris. Eiusdem repetitiones aliquot, &c. Pilei I. C. ordo iudicaturionibus diuersorum, Græcis pariter ac Latinis, rerumq; Saracenicarum historijs. Io. Cantacuzeni Constantinopolitani Imper. contra sectam Mahumeticam libri 4. Græce & Latine: Christiana poemata diuersorum authorum: Io. Chryostomi de sacerdotalis muneris præstantia liber, Iano Cornario interprete: Pasquillorum Tomi duo: Epiphaniij contra 80. hæreses libri, unà cum alijs eiusdem, Latinitate per Ianum Cornariū donati: De inszuranda religione libri 9. Hermæ Lætmatij: Io. Oecolampadij Catechismus Osualdo Myconio interprete: Petri Martyris catechismus Italicus, siue Symboli expositio: Petri Oliuarij de prophetia & spiritu prophetico liber: Philippi Melanchthonis loci Theologici, postremo recogniti anno superiore puto: Gul. Postelli de orbis terræ concordia libri 4. & alij diuersi: Io. Riuij de admirabili consilio Dei in celando mysterio incarnationis libri 3. Sibyllinorum oraculorum libri 8. Græci, & Latine redditi per Seb. Castalionē: Io. Lod. Viuis de ueritate fidei Christianæ libri 5. Theodori Bibliandri fidelis relatio de præsentium & futurorum temporum, itemq; Antichristi cognitione, optimaq; reipub. Christianæ moderatiōe, è solo Dei uerbo petenda. Grāmatica & alia diuersa nota ignoratq; prætereo: atq; illa etiam quæ apud affinē tuū Rob. Vuinter plurima te curante publicum acceperūt: ex quibus saltem Phauorini Cameris Lexicon Græcū locupletissimū, & Iuliū Pollucē non possum nō nominare. Hoc certe nomine in primis omnes Officinæ tuæ fœtus cōmendari merentur, quod tute librorum castigationi assiduus ad præla plus quàm Herculeis laboribus inuigilas, & cum monstrosis sæpe exemplarium mendis luctatus iamiam perituros in uitam & palingenesiam reuocas. Neq; uero te castigarijs quisquam hoc muneris obire posset, qui ætatem hæctenus omnem Græcæ & Latinæ linguæ clarissimis

scriptoribus legendis insumpseris. Faxit Deus omnipotens optima maxima benignitate sua, ut eo successu subinde pergas, quo te laborum tuorum non pœnitere possit unquam, sed fructum inde capias uberrimum, tum ex ijs rebus quæ modestam huius uitæ felicitatem attinent, tum animi uoluptate: quod tunc tecum animo reuolues innumeros libros, qui ad genus humanum tua cura peruenerunt, talenti nimirum tui usuram pulcherrimam. Non enim in Verbo Domini tantum, quanquam id primum & maxime, sed in artibus & operibus omnibus piam Deoq; gratam usuram esse arbitror, si quis diligenter & bona fide, quantūcūq; ingenij & corporis uiribus efficere potest, quæ diuinitus acceperit bona, quam latissime extendat, & omnino publica faciat. Quo sanè conatu nihil melius post Fidei quidem donum in rebus humanis reperio: & ita mecum statuo, etiamsi nulla diuitiarum aut gloriæ spes inde affulgeret, tamen uel ob conscientie tranquillitatem & otij fugam (otium enim siue corporis, siue animi in malos affectus redundat) labores in sua cuiq; arte & conditione alacriter subeundos esse, etiam mechanicis hominibus, ex quorum arte angustior utilitas emanat: multò alacrius autem maioriq; animo uestræ uos professioni, artium ut ego iudico omnium pulcherrimæ atq; utilissimæ, acquiescere, & intra eius oblectationem uos continere debetis. Quod autem dixi, me post diuinissimum sacrosanctæ Fidei donum, maximam in operum quidem censu laudem uirtuti huic attribuere, quæ suam conditionem frugaliter approbat, eaq; contenta nihil extra quærit, & piam ἀνταρξίαν (quæ ambitioni & avaritiæ magnis uitiorum partibus aduersatur) laboribus ac diligentia coniungit, ut dum honestis negotijs huius uitæ uocationi, quæ sua cuiq; est, incumbit, neq; pluribus aut re aut cupiditate sese intricat, melius atq; liberius nouæ uitæ uocationem expectet: accedit, quod alijs quoq; frugalitate & operū diligentia prodest. Hanc inquam opinionem meam uel diui Ioannis Baptistæ testimonio confirmauerim, qui publicanis hoc unice præcipiebat, ne quid amplius quam quod constitutum esset ipsis exigent: & militibus, ut contenti suo stipendio neminem ui aut calumnia læderent. Sed longius ab instituto ad argumentum aliud, quod copiosam omnino tractationem requirit, digredior: quod te philosophandi magis animo factum, quam quod Oporinum ulro currentem consilio aut adhortatiōe nostra indigere putarem, interpretari uelim.

Et quamuis tu hisce non egeas, unus tamen aut alter fortassis, aut plures, hæc si fortè legere dignentur, sibi consilium dari & fabulam de se narrari cogitabunt,

Vale. Tiguri, Nonis Ianuarij, anno Salutis 1548.

LIBRI TERTII DE RHETORICA TITVLI.

- | | |
|---|---|
| <p>TITVLVS I. De rhetorica in genere, et eloquentiæ laudibus, & breuitate dicendi, & contra uanam eloquentiam: & quæ oratori futuro conducant, &c.</p> | <p>ci, ac Latini ueteres & recentiores: in genere primum, deinde de singulis.</p> |
| <p>II. Qui in rhetoricam artem uel institutiones ab solutas, uel introductiones, uel progymnasmata, uel aliquid in aliorum huius argumenti libros ediderint, ordine literarum.</p> | <p>VI. De oratoribus, & uitis oratorum aliquot, ordine literarum.</p> |
| <p>III. De locis aliquot rhetoricis, uel affectibus mouendis, & rhetoriæ partibus.</p> | <p>VII. De declamationibus & exemplis eloquentiæ in genere.</p> |
| <p>IIII. De elocutione & pertinentibus ad eam, ut numeris, periodo, ideis, pronunciatione.</p> | <p>VIII. Orationes diuersæ ueterum & recentiorum, Græcæ & Latinæ, & aliæ, & coram principibus perorate, non sine ordine.</p> |
| <p>V. De tropis & schematibus qui scripserint, Græ</p> | <p>IX. Orationes in genere demonstratiuo.</p> |
| | <p>X. Deliberatiui generis exempla quedam, & consolationes, & petitiones.</p> |
| | <p>XI. De iudiciali genere.</p> |

LIBRI TERTII DE RHETORICA

TITVLVS I. DE RHETORICA IN GENERE,
& eloquentiæ laudibus, & breuitate dicendi, et cōtra
uanam eloquentiam; & quæ oratori su-
turo conducant, &c.



- R**HETORICA, Iac. Ma-
gni Sophil. 1. 2. 3.
Oratoria, Bruson. 4. 31.
De artib. dicendi neces-
sarijs, Phil. Melanch.
De utilitate studij dicen-
di, oratiūcula Io. Saxonij Hattestedij.
De ratione dicendi, siue arte rhetorica
Valentini Erythraei oratio.
De laudibus eloquentiæ, Omnibonus
Leonicensus, Raph. Regius, Nic. Da-
thus, Omnibonus, Conradus Celtis,
Augustinus Dathus, & Aeneas Syl-
uius epistola 64.
In laudē eloquentiæ & Ciceronis, Phil.
Beroaldus, & M. Ant. Sabellicus.
De utilitate eloquentiæ, oratio Phil. Me-
Luciani Hercules Gallicus.
Laudes oratorum, Augustini Dathi.
Rationē atq; orationē esse hominī à na-
tura tributā. Virtutē & uitiū uer-
sari etiā circa orationē. Maximam
esse uim atq; auctoritatem orationis.
Maximam esse in hominib. orationis
uarietatē ac diuersitatem, Pontanus
lib. 1. de sermone.
Rhetorum præceptor, libellus Luciani.
Oratio, Georg. Maior ex Similib. Vide
quædam in Ethicis.
Sermo, Brusonius 6. 2. & Octavianus
Mirand. in Florib.
Dicere, Manipul. Florum.
De eloquentiā, Octavianus, Manip. Flo-
rum, Lumen animæ 80. c. p. 2. Petrus
Lagnerius, Hierem. Paduanus lib. 6.
tertiæ partis.
De facundia, prouerbia synonyma in se-
cundo indice Chiliadum Erasmi.
De infacundia, ibidem.
De eloquentiā, & eius potētia et effectū,
Georg. Maior ex poetis, Hierem. Pa-
duan. 3. 6. 1. & 2. Marsil. Fic. lib. 9. epi.
4. Valerius & Fulgofus, li. 8. ca. 9.
Quantum eloquentiā disciplinæ militari
conducat, Valturius 2. 2.
Aduocatorum eloquentiā, Iacobi Mag.
Sophil. 2. 3. 2.
Oratoriæ & poetiæ ignaros in oratio-
ne facile deprehendi, Ang. Decema-
brius parte 69.
De Suadele, Peithūs, sacello apud Sicy-
onios, Cælius 11. 26.
Multis doctrina non deest, sed oratio,
Petrus Lagnerius.
¶ Oratio cōcisa breuisq; an præstabilior
sit, de Phocione, Cicerone, Demoste-
ne, Pericle, M. Tull. T. Liuius, & alijs.
Breuitas, Octavianus Mirand.
Laus breuitatis, Marsilius Fic. 1. 15.
Breuiter loquendum: sed non breuiter
uel cogitandum, uel amandum, Mar-
silius Fic. 5. 3.
De breuitate scribendi iuxta Lacones,
Tzetzes 5. 4.
Laconici breuiloquiij & Argiuorū com-
mendatio. Ionū longitudo nimia
in dicendo. De orationis breuitate
ex Phalereo. Cælius 18. 4.
Platonis eloquentia, Marsil. Fic. 4. 28.
Rhetoricæ artis in Vergilio peritiā Ma-
crobius celebrat lib. 4. Saturnalium.
Idios logos quid. Cælius 10. 2.
Psychologi, psychologia, Cæl. 30. 20.
Halica oratio, Cælius 11. 4.
¶ In sophistas (cōtra dicendi magistros)
oratio Alciamantis Græca.
Cōtra rhetoricā & eloquentiā Gilberti
Cognati oratio, & alia C. Nucillani.
Eloquentiā uana, Georg. Maior ex Simi-
libus & Coruinus in Apoth.
Verba edicti censorum, quo improbatū
& coercitū sunt, qui disciplinam rhe-
toricā instituere & exercere Romæ
cœperant, Gellius 15. 11.
Inferiorem siue iniustam orationem ex-
ercere, Tzetzes 11. 384. & Aristopha-
nes in Nebulis.
¶ Gratia naturalis plus psuadet quàm
acquisita eloquentiā, Marsil. Fic. 5. 37.
Facilius psuadet probitas q̄ eloquen-
tia, Marsil. Fic. 6. 31.
Orator quis dicendus, Pet. Lagnerius.

An poëta nascatur, orator fiat, ut uulgo
receptum est, Cælius 7.4.
Oratori poëtam esse finitimum, Cælius
7.1.
Logisterium, tabularij, logistoricus, Cæ-
lius 7.6.
De rhetorica & oratore, item de neces-
sarijs cognitioni oratoris, Hierem, Pa-
duan. 3.6.1. & 3.
Enthymematum inuentiones & rheto-
rica doctrina, Tzetzes 11.369.
De origine rhetorices, & quibus rebus
eius ratio cõtineatur, Polydorus 1.13.
De eloquentiæ studijs, præcipue ex Tul-
lianis operibus, ut epistolis, orationi-
bus, & rhetoricis ad Herenniũ, An-
gelus Decembrius 1.4.
De historiãrum exercitatione ad profu-
siorem eloquentiam compescẽdam,
Idem 1.5.
De sapientiẽ iungenda eloquẽtia, Aug.
Dathus.
Philosophia moralis ad facultatem ora-
toriam conducit, Otho Vuerdmyl-
lerus lib. 1. cap. 16. de dignitate usu &
methodo philosophiã moralis.

TITVLVS II. QVI IN RHE
toricam artem, uel institutiones absolutas, uel intro-
ductiones, uel progymnasmata, uel aliquid in
aliorum huius argumenti libros adi-
derint, ordine literarum.

Adriani Barlandi oratoriã artis insti-
tutio breuis.
Aeneã Syluij præcepta rhetorica.
Anatolius Alexandrinus de rhetorica.
Modus scribendi & orandi, Antonij
Mancinelli.
Antonij Raberij tabulã in rhetoricã.
Aphthonij progymnasmata, id est, præ-
exercitamenta diuersi interpretes La-
tina fecere, Rodolphus Agricola,
Ioan. Maria Catanæus, & Antonius
Bonfinius.
Reinardi Lorichij cõmẽtarij in Aph-
thonium.
Tabula in omnes Aphthonij locos,
nescio quo authore, excusa.
Apsines de arte oratoriã, Græce.
Aristides de rhetorica cõtra Platonem.
In Aristidis rhetoricã prolegomena
Sopatri.

Aristotelis rhetorica ad Alexandrum,
Franc. Philelphus transfulit. Capita
recensuimus Tomo 1.
Eiusdem rhetoricorũ ad Theodecten
libri tres Græci, seorsim Parisijs, &
Basileã olim impressi: & Latini se-
orsim Georgio Trapezuntio inter-
prete, Basileã apud Frobenium: &
rursus Hermolao Barbaro interpre-
te cum Danielis Barbari doctissimis
commentarijs, Venetijs & Basileã
apud Oporinum.
In eosdem cõmentarijs Græcus au-
thoris incerti, excusus Parisijs apud
Neobarium, anno 1539. in folio, ace-
phalus, in Italia integer habetur ma-
nuscriptus. Daniel Barbarus in
Annotationibus suis non raro Ale-
xandri Aphrodiensis commentarios
citatur, qui (nisi fallor) non alij sunt, q̃
anonymi illi Parisijs excusi.
In rhetoricã Aristotelis translatio &
commentarius Augustini Niphi.
In eandẽ scripserũt Hermãnus Schil-
dis & Dionysius de Burgo.
Aegidij Romani cõmentarius & Al-
pharabij declaratio in eandem Ve-
netijs simul impressa apud Scotum,
1515.
Arnobius presbyter de rhetorica insti-
tutione.
Augustini Hipponensis principia rhe-
torices.
Augustini Niphi rhetorica.
Aulus Gellius in Noctibus Atticis rhe-
torica quãdam explanat, quã pecu-
liari indiculo recensentur, Colonien-
sitionis.
Bartolemæi Latomi rhetorica & diale-
ctica institutiones.
Bernardinus Tomitanus præcepta rhe-
torica secundum Aristotelem & Ci-
ceronem Italico sermone conscripsit.
Bernardi Vualtheri rhetorices præce-
pta ex iure.
C. Cæsar Caligula rhetoricam scripsit,
teste Suida.
Cælij Calcagnini rhetorica compen-
dium.
Cælij Secundi Curionis de omni artifi-
cio differẽdi atq; tractandi Summa, dia-
lecticis & rhetoricis præceptis cõstat.
Christi

- Christophori Hegendorphini rhetoricę dragmata.
- Consulti Chirij Fortunatiani rhetoricorum libri 3.
- Coracis rhetoris est liber unus ex tribus ad Theodecten Aristoteli inscriptis.
- D. Erasmi lib. 2. de duplici copia, secundus præsertim, multa utilissima rhetoricę præcepta cōtinent. Extat in hoc opus tabula G. Maioris, & commentarius Io. Velcurionis.
- Des. Erasmi Ecclesiastes.
- Dionysij Halicarnassei ars rhetorica.
- Erasmi Sarcerij rhetorica plena exemplis, quæ succinctarū declamationū loco esse possint.
- Georgij Cassandri tabulæ rhetorices.
- Georgij Trapezuntij rethorica absolutissima.
- Georgij Vallæ institutio rhetoris.
- Eiusdem de rhetorica libri 2.
- Gerardus Bucoldianus de oratoria inuentione uel amplificatione.
- Guilielmi Tardiui rhetoricę artis compendium.
- Heinrici de Kalkar rhetoricę loquagiū.
- Hermogenis rhetorica Græca perfectissima: cuius partes & argumēta singularum in primo Tomo require.
- Commentarios Græcos in Hermogenē ædiderunt, Sopater, Syrianus, Max. Planudes, & Marcellinus in librum eius de statibus: & anonymus quidā in ceteros eius libros: qui fortè Planudes fuerit. In Latinam linguā transtulit Antonius Bonfinis: paraphrasin scripsit Hilarion monachus.
- Præexercitamenta ex Hermogene Priscianus ædidiit. Vide paulò post in Valentino Erythræo. Habentur etiā in altero Tomo operū Rodolphi Agricolæ.
- Huldrychi Zafij rhetorica legalis.
- Iani Parrhasij compendium rhetoricę.
- Iacobi Locher Philomusi compendium rhetoricę.
- Iacobus Lodoicus Strebæus scripsit de uerborum electione & collocatione oratoria libros 2. omnium optimè.
- Iacobi Pobllicij epitome oratorię artis.
- Iacobi Vuimpfelingij præcepta rhetorices.
- Ioachimi Camerarij Elementa rhetoricę siue progymnasmata exercitiij utriusq; linguę, Latine et Græcæ. Transtulit etiā Theonis præexercitamentā.
- Ioachimi Ringelbergij rhetorica.
- Ioannis Cæsarij rhetorica.
- Ioan. Capnion præexercitamenta rhetoris scripsit.
- Ioan. Lodouici Viuis rhetoricę libri 3.
- Eiusdem de corrupta rhetorica liber 1. Vide apud eundem de tradendis disciplinis.
- Ioan. Loniceri artis dicendi methodus.
- Ioan. Monhemij epitome rhetorices.
- Ioan. Riuij de rhetorica libri 2.
- Io. Spangebergij rhetoricę Erotemata.
- Io. Sturmij dialogi in Ciceronis Partitiones oratorias. Vide paulò post in Valentino Erythræo.
- Eiusdē de amissa ratione dicendi liber.
- Iosephi Rhacendytæ de rhetorica liber Græcus.
- Isidorus de rhetorica 2.
- Leonardi Aretini rhetorica.
- Lolianus de statibus Græcæ scripsit.
- M. Aurelij Cassiodori, rhetoricę compendium.
- M. Fabij Quintiliani oratoriarum institutionum libri 12.
- In Quintilianum castigationes Raphaelis Regij.
- Oratio in eundem Angeli Politiani.
- In Quintil. lib. 12. Laur. Valla.
- In eisdem commētarij Omniboni Leonici, & Iodoci Badij.
- In Quintiliani libros 7. annotationes Petri Mosellani.
- Jonas Philologus Quintiliani librorum 12. epitomen scripsit.
- ¶ M. T. CICERONIS Partitiones oratorię, cum cōmentarijs Georgij Vallæ, & Iaco. Lodoici Strebæi: et Bartolemæi Latomi enarrationibus, & Christophori Hegendorphini scholijs, cum alijs rhetoricis libris Ciceronis & diuersorū in eos annotationibus, Basileę apud Oporinū impressę. Strebæi commentarios Gymnicus Colonia seorsim excudit.
- Philippi Melanchthonis in primam & difficillimam partem oratoriarū partitionum Ciceronis commentarius,

D E R H E T O R I C A

- M. T. Ciceronis rhetorica uetus, siue de inuentione libri 2.
 Conradi Celtis epitome in utranq; rhetoricam Ciceronis.
- ¶ In rhetoricos de inuentione libros M. Fabij Victorini, & praeceptoris D. Hieronymi cōmentariorū libri 2. Itē Marini Becichemi castigations tam in libros de inuentione, quā in ipsos Victorini commentarios. Impressa sunt Basileæ cum cæteris Rhetoricis libris Ciceronis & commentarijs in eos.
- ¶ Rhetoricorum ad C. Herennium libri 4. seorsim excusi Colonie apud Gymnicum.
- Gallio author rhetoricæ ad Herennium secundū aliquos existimatur: secundum alios Cornificius.
- An rhetorica falsò sit inscripta ad Herennium, Raph. Regius.
- Rhetoricam ad Herennium inscriptam Ciceronis esse, Ant. Mancinelli assertio. Vide supra in Tomo primo in M. T. Cicerone.
- In rhetorica ad Herennium annotationes Gyberti Longolij. Cl. Pontani scholia, Petri Victorij castigatio. Hieronymi Capiduri Parentini, Georgij Vallæ discipuli, commentaria. Marini Becichemi Scodrensis castigations. Omnia simul impressa Basileæ cum cæteris rhetoricis libris Ciceronis, & commentarijs in eos.
- Huldrychi Zaslj in rhetoricam ad Herennium enarratio. In eandē Fr. Maturantij commentarius: & Iodoci Badij, & Ant. Mancinelli. Item praelectio in eandem Ant. Codri.
- Tabulas rhetoricæ ad Herennium scripsit Reinhardus Lorichius.
- In rhetoricā Ciceronis panegyricus Raphaëlis Regij.
- In rhetoricam Cice. Philippi Beroaldi praeformatio.
- In Ciceronis libros rhetoricos Iacobi à Cruce commentarij.
- In utranq; Cice. rhetoricam Conradi Celtis epitome.
- TOPICA Cic. ad Trebatium. In eadem Seuerini Boëtij cōmentariorū libri 6. Item Georgij Vallæ, & Ioannis Visorij Coenomani: & Bartolemaei Latomii enarrationes: Philippi Melanchthonis scholia, Christophori Hegendorphini scholia. Omnia simul impressa Basileæ cum cæteris libris rhetoricorum Ciceronis, & commentarijs in eos.
- ¶ M. T. Ciceronis de oratore ad Q. Fratrem libri 3. In eisdem Iacobi Lodoici Strebæi Rhemen, commentarij 3. Philippi Melanchthonis scholia. Marini Becichemi Scodrensis castigations. Petri Victorij castigations. Omnia Basileæ impressa, ut iam diximus, eodem in opere.
- In Ciceronem de Oratore commentarius Gasparini; et Omniboni Leonici libri 3.
- ¶ M. T. Ciceronis in perfectum oratorem ad Brutum liber. In eundem Voctoris Pisani commentarius, et Iacobi Lodoici Strebæi. Philippi Melanchthonis scholia. Ioan. Riuij Athendoriensis castigations. Petri Victorij castigations. Omnia Basileæ impressa, cum cæteris rhetoricorū libris Ciceronis, et cōmentarijs in eos.
- In Hortensium Ciceronis castigations Ioan. Baptistæ Pij.
- Marij Philelphi rhetoricæ artis lib. 3. Inuenio et hunc titulū: Marij Philelphi praecepta artis rhetoricæ pro occurrenti temporis opportunitate, de orationibus & epistolis (quarum 80. genera proponit) componendis & dictandis. Explicantur & tituli cū epithetis conuenientibus singulis hominum conditionibus.
- Matthæus Colatius de fine rhetorices.
- Nicephori Blemmidæ ars compendiaría differēdi Græce, & Latine Geor. Valla interprete.
- Papias de ordine dicendi.
- Philippi Melanchthonis rhetorica.
- In rhetoricā Melanchthonis tabulas cōfecit G. Maior; impressæ sunt Parisijs apud Vuchelum tabulæ, eiusdē puto authoris: & apud nos Tiguri.
- Plato de rhetorica in Gorgia. In Gorgiam Olympiodori commentarius Græcus extat.
- Raph. Regius in oratoriā institutionē.
- Raph.

- Raphaëlis Regij conclusiones circa rhetoricam contra Calphurnium.
- Raymundi Lulli in rhetoricen isagoge. Vide in primo Tomo.
- Sarapionis ars rhetorica.
- Stephani Doleti orator Gallicus.
- Sulpitij Victoris oratoriarum institutum præcepta ad M. Silonem.
- Theonis sophistæ rhetorica progymnasmata Græca, & Latina Ioachimo Camerario interprete.
- Valentini Erythraei tabulæ pulcherrimæ in Partitiones oratorias M. T. Ciceronis, & quatuor dialogos in eadem Ioan. Sturmij.
- Vincentius Belluacensis de rhetorica Speculi Doctrinalis libro 4.
- ¶ Authoris incerti de rhetorica liber, excusus cum Sulpitij Victoris oratorij præceptis Basileæ.
- Dialogus incerti authoris de oratoria secundum Platonem, Bessarione interprete.
- Synopsis rhetoricæ Græca, & de rhetorica libri duo anonymi Græci (diuersa opinor uolumina) Romæ extant in bibliotheca Vaticana.
- Index eorum ferè omnium, quæ rhetores in orationem uenire assèrunt, libellus excusus Argentorati in 8. anno 1534.
- De topicis, plura uide libro 2. in Dialecticis.
- TITVLVS III. DE LOCIS**
aliquot rhetoricis, & affectibus mouendis, & rhetoricæ partibus.
- Q**ue uarias circumstantias personarum attinent, ut diuitiæ, paupertas, fortuna, laus, uituperiû: item bona, utile, iucundum, &c. plaracq; posuimus in Ethicis.
- Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci. Marsilius Ficinus hoc Horatij carmen ex arte poetica explicat lib. 5. epistola 11. & epist. 30.
- Utilitate oēs mouent Pet. Lagnerius.
- De utilitate seu proficuo, Hierem. Paduanus 3. 4. 1.
- Commodo magno emptum, Erasmus in tabula de synonymis prouerbijis.
- Procliuuitatis, Erasmus ibidem.
- Citra laborem, ibidem.
- Difficultatis, ibidem.
- Facilitas, Octauianus Mirand.
- De facilitate & difficultate Hierem. Paduanus 1. 3. 12.
- Difficilia quæ hoibus, Brusonius 2. 18.
- De possibilitate & impossibilitate, Hierem. Pad. 1. 3. 11.
- Impossibilia, Octauian. Mirand.
- Adynaton, Florilegij Græci lib. 2. sectione 2.
- De necessitate, Valerius & Fulgosus lib. 7. ca. 6.
- Necessitas, Erasmus in tabula Chiliadæ de synonymis Prouerb.
- Raritas, Erasmus ibidem.
- De raris naturaliter, Hierem. Paduanus 1. 3. 15.
- Contemptus & uilitas, Erasmus in tabula Chiliadæ de synonymis Prouerb.
- Nouitas, Erasmus ibidem; et Octauian. Mir. Mira noua, Erasmus ibid.
- De nouitatib. Hierem. Paduan. 1. 3. 16.
- Ingrata ob uetustatem, Erasmus in tabula Chiliadæ de synonymis Prouerb.
- Vetustate quædam cõmendari, G. Maior ex poetis.
- Ogygium quid, Cælius 25. 33.
- Paruû & modicum, Octauianus.
- Semeion, tecmerion, &c. quid differant, Tzetzes 7. 152.
- De ethopœia & loco communi Emporius rhetor, & Aphthonius.
- Factum, Octauian. Mirand.
- Thesis, Cælius 10. 2.
- ¶ De mouendo affectu ex habitu personæ, Macrobius Satur. 4. 1.
- Pathos tenore ipso orationis quomodo exprimat, 4. 2.
- Pathos ab ætate, à fortuna, debilitate, loco, tempore, 4. 3.
- A causa, modo, & materia, 4. 4.
- A simili, 4. 5. A maiori & minori, 4. 6.
- De affectibus mouendis, Rodolph. Agricola de inuentione lib. 2. et Aristoteles rhetoricorû ad Theodecten li. 2. & plaricq; omnes in rhetoricis suis.
- Vbi affectus mouere non permittantur oratores. Quintiliani sententia perpendit. Quid pathos pprie, quid uerè adus: item narratio morata, & morata fabula in Horatio, Cælius Rho. 24. 1.
- Incitare, Erasmus in Chiliadum tabula

de synonymis Prouerbis.
Mouere uerbis, hortari, inuitare, Doletus Tomo 1.

¶ Chimarā allegorice tres indicare rhetoricæ partes, Cælius 13. 9.

Proœmio male uti quid sit, Cælius 21. 7.

De exordio & partibus eius, Hierem. Paduan. 3. 6. 4.

De partibus rhetoricæ orationis proœmio, prologo in præfatione, narratione, &c. Hierem. Paduan. 3. 6. 5.

De argumentis rhetoricis, & dispositione eorum, ibid. 6. & alia in sequentibus rubricis ad rhetoricam pertinentia: & rubrica ultima de conclusionibus electis.

TITVLVS IIII. DE ELO-

cutione, & pertinentibus ad eam, ut nunciaris, periodo, id est, pronuntiatione.

ORare, dicere, scribere, expolire, perficere, Doletus Tomo 1.

De rhetoricis dictionibus Zosimus Gazæus.

Dictionariū rhetoricū Harpocratonis.

Oratoriorum progymnasmatum centuria 3. Fran. Syluij.

Formula seu copie poëtice p̄ Andream Diether congestæ.

De synonymis in grammatica dictū est.

Byssina uerba quæ intelligantur: quid in oratore præcipuum: de quibus in oratione magnificentia et splendore; quid epiphonema: Virgilius illustrat his: altercatio ab oratione quo differat; sine controuersia dicere, quid: actio & oratio quo itē distent; hordearius rhetor, Cælius 23. 7.

Etiā in oratione seruandam esse mediocritatē, Pontanus 1. 5. de sermone.

Bona scribere præstat quàm multa, Marfilijus Fic. 1. 20.

Aperte & crasse, Erasmus in tabula Chiliadum de Prouerbis synonymis.

Perspicuitas, Erasmus ibidem.

Tædium ex iteratione, Erasmus in tabula Chiliadū de puerbis synonymis.

Iteratio citra tædium, ibidem.

De stilo uide plura supra in li. 1. de grammatica.

Orationis uirtutes 4. Tzetzes 12. 428.

De periodis & eius partibus. Demetrius

Phalereus: & aliquid Philippus Melanchthon in rhetorica sua. De tali & pneumate, quæ lōgæ periodi sunt Hermogenes. De periodo eiusque partibus & speciebus, Ioan. Riuus lib. 3. rhetoricæ suæ.

De oratoris numeris Rufinus.

De metris in prosa, libellus Græcus Romanæ in biblioth. Vaticana.

Pauca quædam de modulis numerisque orationis, quos Cicero auide sectatus est, Gellius 1. 7.

Quam tenuiter curiosè explorauerit Antonius Iulianus in oratione M. Tullij uerbi ab eo commutati argutiam, Gellius 1. 4.

Quod à scriptoribus elegantissimis maior ratio habita sit sonitus uocū atque uerborum iucundioris, quæ à Græcis euphonia dicitur: quàm regulæ & disciplinæ, quæ à grammaticis recepta est, Gellius 13. 9.

Quod Quadrigarius Cum multis mortalibus dixit, an quid & quantū differret si dixisset Cum multis hominibus, Gellius 13. 27.

De collocatione oratoria et uerborū electione Iaco. Ludoicus Strebæus.

De interpretatione Demetrius Phalereus.

De orationis compositione & elocutione Dionysius Halicarnassæus, Latine fecit Theodorus Gaza.

Orationis genera duo, Cælius 7. 6.

De quatuor generibus dicendi, de quibus duplici stylo, Macrobius Satur. 5. 1.

De oratoria moderatione secundum historicos, in re militari ab urbana consuetudine differenti, Ang. Decembrius parte 19.

De characteribus antiquorū oratorum, Dionysius Halicarnassæus.

De characteribus dicendi Demetrius Phalereus.

De formis dicendi, Demetrius Phalereus.

De ciuili oratione Aristides.

De oratione simplici, Aristides.

De sublimitate orationis, Dionysius Longinus.

De ideis, Hermogenis liber elegantissimus cum commentarijs Græcis.

Dionysij Halicarnassæi præcepta de oratione

- tionē panegyrica, nuptiali, natalitia, & epithalamijs.
- De facultate dicendi ex tempore Nicolaus Beraldus.
- Ad quendam qui uoluerat, ut ex tempore oraret, Themistius.
- Librum de optimo genere interpretandi oratores Ioach. Perionius pmisit.
- ¶ De uocis & corporis moderatione, Franc. F. Iamentrius.
- De pronuntiatione rhetorica, Iodocus Vuillichius.
- Quantum momentum sit in pronuntiatione & apto motu corporis, Fulgus, & Valerius lib. 8. ca. 10.
- Seneca lib. 5. epist. 40. docet pronuntiationē moderandā, & exemplo maxime Ciceronis iubet esse tardiloquū.
- Explicatur Quintilianus de oris multiplici uitio, apud Cælium 13. 1.
- Alcibiadis balbuties, Lambda cur diceretur Ectionis uxor, Blæsi qui dicantur & arguti, Cælius 13. 2.
- Balbutiei ratio ex Galeni doctrina. Incontinens lingua apud Hippocratem quæ sit; item qui dicantur ab eodem muti, Cælius 13. 3.
- Balbutiei ratio ex frigore, ebrietate, ira, Cælius 25. 8.
- Tertiata uerba quæ intelligantur, Cælius 19. 13.
- Dionysia saltatriculæ cognomen inditum Hortensio, ob gestum in agendo histrionicum, Gellius 1. 5.
- TITVLVS V. DE TROPIS**
 & schematibus qui scripserint, Græci ac Latini ueteres & recentiores: in genere primum, dein de singulis.
- A**ristoteles libro 3. ad Theodecten tropos et figuras multas describit. Annotatiōes de figuris rhetoricis innotati authoris, Aldus Græce olim excudit cum alijs quibusdam libris rhetoricis.
- De figura sensus & dictionis, Alexander Aphrodisiē.
- De figuris orationis Alexander Numerius, unde sua decerpit Romanus Aquila.
- De figuris rhetoricis Phœbamon sophista Græce scripsit.
- Romani Aquilæ de nominibus figurarum & exemplis liber 1.
- P. Rutilij Lupi de figuris sententiarum & elocutionis libri 2.
- Iulius Rufinianus de figuris sententiarum & elocutionis.
- Tiberij liber de figuris rhetoricis.
- M. Aurelius Cassiodorus de schematibus & tropis.
- Beda de schematibus.
- De schemate Beertamus.
- Rhetoricæ artis colores Pauli Niauus.
- Petri Mosellani tabulæ de schematibus & tropis: impressæ Colonia apud Ceruicornū cum alijs tabulis in Copiam Erasmi, & Rhetorica Philippi Melanchthonis.
- Ad insigniores aliquot figuras Isagoge Ioan. Butini.
- De figuris ac uitijs orationis Ringelbergius.
- De schematibus atq; figuris & grammaticis & rhetoricis, Io. Riuius libro 2. rhetoricæ suæ.
- De figuris Io. Despauterius.
- Troporum & schematum epitome Io. Susenbroti.
- Vide etiam in Rhetorica Melanchthonis, & secundo libro de Copia D. Erasmi, in quod opus tabulam composuit Geor. Maior, & Ioan. Velcurio commentarium.
- ¶ Homœoteleuta & homœoptota, atque alia id genus, quæ ornamenta orationis putant, inepta esse & puerilia Lucilij quæ uersibus declarari, Gel. 18. 8.
- Ratio utendi uerbis pluribus idē significantibus, Gellius 13. 23.
- Allusio, Brusonius 7. 10.
- De parodijs atq; colleijs, Tzetz. 8. 169.
- De chriarū ratione, & quid chria; item quid sententia, eiusq; discrimina, & quid chriodes, Cælius 26. 27.
- De oratiōis asperitate, & quid cataphora, Cælius 17. 24.
- Quomodo aliquis sub aliena persona cogitāti sibi occurat, Marf. 11. 3.
- Epiphonema quid, Cælius 23. 7.
- De ethopœia & loco communi, Emporius Rhetor.
- Ethologia quid, item ethopœia, idolo-pœia, prosopopœia, Cælius 26. 28.

- Quomodo cōparationis modus ferè omnia magna facit & minima, Seneca lib. 5. epist. 43.
- Similia D. Erasmi ex profanis; & Io. Gassij, & Alardi Aemstelredami ex sacris scriptoribus.
- D. Erasmi Similia per locos digessit Georgius Maior.
- Exemplum, Lumen animæ 87. c. p. 2. & Manipulus Florum.
- Fabula, Manipulus florū: Aphthonius, &c. De fabulis poëticis & moralibus alibi dicemus.
- TITVLVS VI. DE ORATORIBUS, *et uitis oratorum aliquot, ordine literarum.*
- I**N Brutū, siue de claris oratoribus Antonij Palmyreni scholion: et Castigationes Io. Riuij ac Petri Victorij, impressa Basileæ cum commentarijs in omnia rhetorica Ciceronis.
- De oratoribus P. Cornelius Tacitus.
- Oratorum imagines, Florilegij lib. 4. sectione 30. Epitaphia, lib. 3. sectione 30. Scommata lib. 2. sectione 51.
- De optimo genere oratorū, M. T. Cic.
- De oratoribus gentiliū, Antonij de Giueuara epistola 33.
- Vitas decē oratorū scripsit Plutarchus.
- De claris rhetorib. C. Suetonius Tranquillus.
- De uitis sophistarum 58. quorū nomina Tomo 1. enūmerauimus. Philostratus Græce, & Latine Antonio Bonfinio interprete.
- De uitis sophistarum Eunapius.
- Aeschinis Atheniē. uitam Plutarchus, & Diogenes Laërtius scripserunt.
- Antiphontis oratoris uita apud Plutarchum. Antiphontis Rhamnusijs uitam scripsit Philostratus.
- Andocidæ uita apud Plutarchum.
- De Carneade, Critolao, & Diogene, Atheniensibus oratoribus Romā misis, Crinitus 22. 4.
- Cephalus rhetor, uide Suidam.
- De Ctesiphonte rhetore, Tzetzes 6. 35.
- Demosthenis uitam Libanius & Plutarchus scripserunt. Demosthenis encomium Lucianus. Præfationem in orationes eius D. Erasmus, quæ Tomo tertio operum eius habetur. De mollitiē Demosthenis, Crinitus 6. 9.
- Demosthenis & Ciceronis comparatio apud Quintilianum & Plutarchum.
- In Demosthenis omnia cōmentarij Greci, &c. Vide in primo Tomo.
- Dinarchi uita apud Plutarchum.
- Diogenes, uide proxime superius in Carneade.
- Euthenei sophistæ epitaphium, apud Theocritum epigrammate 11.
- Harmonides enim multo plus tu rhetor, quam ehetor ille Phereclus, Tzetzes 8. 168.
- De mollitiē Hortensij oratoris: & perlepidia historia de eius munditia, cum diē collegæ dixit, quod illi togæ struaturam deturbauit, Crinitus 6. 9.
- De Hortensio oratore, Gellius 1. 5.
- Hyperidæ uitam descripsit Plutarchus.
- Isai uita apud Plutarchum.
- Isocratis uita apud Plutarchum.
- Lysiaē uitam Plutarchus & Dionysius scripserunt.
- De uita & libris M. F. Quintilianij, Antoninus Florētinus tractatu 6. c. 24.
- M. T. Ciceronis uitā scripserunt Plutarchus (quā Achilles Phileros & Bochius interpretatus est) & Leonardus Arætinus. Vita Ciceronis ex T. Liuiō.
- De Ciceronis morte Sextilius Hena, uersus scripsit.
- De Ciceronis scriptis multa tractant in Antonio dialogo Pontani, Sebastiani Corradi in M. T. Cicero, quæstura.
- In Ciceronis quosdam locos M. Antonius Sabellicus.
- In laudem eloquentiæ & Ciceronis scripserunt Phil. Beroaldus, & M. Antonius Sabellicus.
- Demosthenis & Ciceronis comparatio apud Quintilianum & Plutarchum.
- Salustij oratio inuectiua in Ciceronem, Ciceronem oppugnauit Gabriel Cæsanus.
- Octauij Romani oratoris factū memorabile cum rege Antiocho.
- De Phereclo rhetore, uide paulò superius in Harmonide.
- Pytheas rhetor, Aelianus uariæ histo. Græcæ fol. 70.
- Inter Orationes mox etiā alia fortè rhetorum nomina inuenies,

TITVLVS VII. DE DECLAMATIONIBUS, & exemplis eloquentiæ, in genere.

Progymnasticæ oratiões siue declamationes extant Aphthonij, Theonis, & Libanij.
 De declamationibus iudiciarijs componendis, Sopater.
 De erratis declamationum libri 7, Sarapionis Aelij.
 Declamationum liber sine titulo Græcus, in bibliotheca quadam Italiæ.
 Declamationes plurimæ Libanij.
 Philostrati iconum libros 2. Latinitate donauit Steph. Niger. Quæ & quot argumenta in floridis illis descriptionibus tractentur, primo Tomo enumerauimus.
 In duas declamationes Fabij Quintilianij, declamationes Perseualdi.
 Petri Damiani declamatiōis rhetoricæ
 Blanci Ceruti declamationes. (lib. 1.)
 Hermolai Curtini declamationes.
 Andreæ Alciati declamatio.
 Declamationum selectarū liber Philippi Melanchthonis.
 Declamationes plures nominantur infra in genere iudiciali.
 Rhetorica exempla Erasmi Sarcerij.
 Amœnum locum describit Theocritus epigrammate 4. Sed huiusmodi descriptiones ad genus demonstratiuū pertinent.
 Ephraïsis quo à diegemate differat, Cælius 13. 19.
 Ad sermonem uaria exempla, ut benedictionum, blasphemiarū, minarum, blandiendū; ad misericordiam concitandū, de conuitijs apertis, scommatibus, facetijs, iocis, laudatiōibus, Hierem. Paduanus li. 6. tertiæ partis, per diuersas rubricas.
 Promissio, Manip. florum.

TITVLVS VIII. CONTINET orationes diuersas, ueterum & recentiorum, Græcas & Latinas, & coram principibus peroratas, & huiusmodi, singulas ordine aliquo.

Orationes quædam in historicis, alibi alibi, ut argumentum postulabat, nominantur: hic quotquot occurrunt,

non tam argumenti quàm authorum, linguæ & ætatis ratione habita, commemoremus.

¶ Veterum aliquot Latinorum orationes.

Orationes duæ ad C. Cæsarē senē de reipub. incerti authoris, cum Salustij historia excusæ, cum commentarijs.
 Cottæ Consulis oratio ad populum.
 Heliogabali oratio ad meretrices.
 Titi Liuij oratiões de secundo bello Punico illustrauit Reinhardus.
 T. Liuij lacteo eloquentiæ fonte manantis orationes, separatim cū argumentis æditæ. Itē orationes omnes quæ iam extant apud C. Crispum Salust. Q. Curtium, C. Cæsarem, P. Cornelium Tacitū, & Herodianū. Egenolphus simul excudit Marpurgi 1541. in 8. chartis 52.
 P. Ouidij Metamorphoseon lib. 13. habentur artificiosæ orationes Vlyssis & Aiæ. Sunt & apud Vergiliū & alios poetas oratiões egregiæ, quas hic enumerari intempestiuum uidebit.
 L. A. Senecæ oratio ad Neronem.

¶ De orationibus Ciceronis, & annotationibus in eas, &c.

M. T. Ciceronis orationes quinquaginta septem.
 In omnes M. Tullij Cic. orationes, Annotationes impressæ Basileæ apud Robertum Vuinter in folio, chartis 198.
 In Ciceronis orationes 12. Lucubrationum Fr. Syluij Ambiani, Philippi Melanchthonis, Bartolemæi Latomi & aliorum, pars prima. Sunt autē commentarij in oratiões 12. pro Quintio, Roscio Amerino, Roscio Comædo, M. Fonteio, lege Manilia, C. Rabirio, Lu. Muræna, Archia poëta, M. Marcello, Q. Ligario: item pro Deiotaro rege Io. Sturmij, & de responsis aruspicum Martini Boleri. Excusi Basileæ apud Robert. Vuinter 1536. in 4. chartis 60.
 In Ciceronis orationes, quot quidē extant, doctissimorū uirorum lucubrationes, diligentissime in unum uolumen collectæ, ac partim etiam antea, partim nunc primum in lucē æditæ,

- cum rerum ac uerborū indice copio-
so, Robertus Vuinter excudit Basi-
leæ 1539, in folio. Et aliorum quorun-
dam in aliqt orationes Parisijs prius
excusæ in 4. apud Ascensium.
- ¶ In Cice. orationes cōmentarij Asco-
nij Pediani, Iac. Bugelij, Ge. Merule.
In Ciceronis orationes quasdam cōmen-
tarij Io. Tislini.
- Antonius Luscus Vicentinus super un-
decim orationes Ciceronis.
- In Cic. oratiōes octo, annotatiōes Chri-
stophori Hegendorphini.
- De dispositione rhetorica in orationes
septem Ciceronis, Phil. Melanchth.
- In Cic. orationes 3. Iac. Omphalius.
- In plerascq; præfatiōes Cic. Ant. Luscus.
- In Ciceronis orationum prælectiōes
Aug. Dathi præfatio.
- In Ciceronis orationem pro Archia scri-
psit Phil. Melanchthon, & Vitus A-
merbachius.
- In eandem Martini Boleri scholia.
- In orationem pro Cæcinnæ, Petri Pelliz-
tarij commentarius.
- In orationem pro L. Muræna, Ioachimi
Camerarij commentarius, & disposi-
tio rhetorica Melanchthonis.
- In orationem pro S. Roscio, Ioan. Saxonij
comment.
- In orationem pro Ligario Vitus Amerb.
In oratiōes duas elegantissimas pro Q.
Ligario, & lege Manilia, cum artifi-
cio ex longis annotationibus Iacobi
Omphali & Bartolemaei Latomi, &
argumento in utrâq; breuiter colle-
cto à quodam studioso. Io. Gymni-
cus impressit Coloniae 1538, in 8. char-
tis 5. & dimidia.
- In orationem pro lege Manilia, Rodol-
phus Agricola.
- In orationem de lege agraria Annotatiōes
Rod. Gualtheri Tigurini.
- In orationem Verrinam quintam An-
notatiōes eiusdem.
- In Verrinas Philip. Beroaldi præfatio,
Christophori Hegendorphini com-
mentarius.
- In orationem pro L. Cornelio Balbo, Vi-
tus Amerbachius.
- In orationes pro S. Roscio Amerino, P.
Sylla, M. Cælio, Milone, & M. Mar-
cello, Phil. Melanchthon.
- In orationem pro rege Deiotaro, Gerar-
dus Bucoldianus, et Vitus Amerba.
- In orationem de responsis aruspicum,
Io. Sturmij comment.
- In orat. in Vatinium testem, Antonius
Goueanus.
- In oratio. ad Equites, Othonis Vuerd-
mylleri commentarius.
- In orat. Antequam iret in exilium, Vi-
tus Amerbachius.
- In orat. Post reditū ad Quirites, Vitus
Amerbachius.
- In Philippicas, Georg. Trapezuntius;
scholia Iodoci Badij: cōmentarij Fer-
rarij, Phil. Beroaldi, Fran. Maturan-
tij, & Christoph. Hegendorphini.
- Ciceronis oratiōes & rhetoricos libros
omnes Io. Sturmij post Naugeriaz-
nam & Victorianam correctionem
emendauit.
- Locorum quorundam illustrium colla-
tio, contentioq; facta ex orationibus
C. Gracchi, & M. Ciceronis, & M.
Catonis, Gellius 10. 3.

¶ *Orationes Græcæ, secundum nomina
authorum ordine literarum.*

RHetorū decem orationes Venetijs
extāt in bibliotheca SS. Io. & Pau-
li. Aldus duodecim rhetorū oratio-
nes Græce in uno uolumine excudit,
Aeschinis, Aristidis, Andocidis, Isæi,
Antiphontis, Lyfiæ, Isocratis, Lycur-
gi, Demosthenis, Hypidis, Dinarchi.
Aeschinis contra Ctesiphontem de De-
mosthenis coronatione oratio, Lati-
nitate donata per Leonardum Areti-
num. Scholia extare in Aeschinis
quæ habent omnia, Venetijs ex Ni-
colao Sophiano accepti.

Andocidis & Antiphontis oratiōes Al-
dus publicauit.

Antisthenis orationes Ajax & Vlysses
extant.

Aristidis orationes Græcæ 56. Floren-
tiæ impressæ. Pro rhetoribus qua-
tuor Atheniensibus defensionū ora-
tio Aristidis.

Demetrii apud Philippum orationes,
Demosthenis orationes 62. cum argu-
mentis Libani. Commentarij Græ-
ci in

- ei in Demosthenis orationes, Zosimi Aſcalonitæ.
- In octodecim Demosth. oratiões Vlpiani commentarij Græci.
- Eclogæ, i. collectanea quædã ex orationibus Demosthenis, Græca, alicubi in Italia seruantur.
- Demosthenis orat. 1. contra Aristogitonem, Vito Vuinshemio interprete.
- Demosthenis Philippicę quatuor, et Olynthiaca secunda, translata & exposita per Christoph. Hegendorphinũ.
- Orationem peri symmoriõn & funebrem Io. Lonicerus conuertit.
- Philippicas Demosthenis, Olynthiacas, Ad Leptinen: Demosthenis & Aeschinis aduersas, Io. Checus Cantabriensis Latinas fecit.
- Petrus Nannius conuertit orationẽ de immunitate aduersus Leptinen.
- Petri Mosellani annotatiões quasdã extare audio in Demosthenis orationes, quæ nondum prodierint.
- Bassianus Landus Demosthenis oratiões aliq̃t Latinas fecit, ex quib. unã contra Androtionem Oporinus nuper excudit Basileæ, ubi in præfatiõe polliceß Bassianus reliquas etiã se daturum, quas aliq̃ nondum uerterint.
- Phil. Melanchthon ex Demosthene transtulit Olynthiacam primam, Philippicas quatuor, & duas orationes contra Aristogitonem, scholijs quibusdam adiectis.
- Dionis Chrysoſtomi orationes 80.
- Dion interprete Gerardo Dicaõ.
- Herodis orationes.
- Orationes ex Herodiani historijs, cum orationibus ex T. Liuiõ & alijs, Egenolphus excudit Marpurgi 1541.
- Homerus egregias quasdã orationes habet, Vlyſſis, Achillis, Nestoris, &c.
- Sed poëtarum orationes nõ recte uidentur orationibus rhetorum & profa scriptis admisceri.
- Hyperides integer cum locupletissimis scholijs, liber multis etiã censibus redimendus, extabat in Biblioth. Budensii, priusq̃ à Turcis perderet. Verba sũt Brassicani puto ex præfat. quadã.
- Isocratis orationes Græca, & Latinae Io. Lonicerõ interprete.
- Petrus Mosellanus uertit orationem Isocratis de pace seruanda.
- Martinus Phileticus Latinũ fecit Isocratis librum de regno gubernando ad Nicoclem.
- Iuliani imperatoris orationes Græca.
- Eiusdẽ Antiochius ad Misagogum, Procopij orationes.
- Themistij orationes 8.
- Ex libris Zenophontis orationes quædã seorsim æditæ sunt, ut Critiæ contra Theramenem, interprete Philip. Melanchth. Item Cyri & Cleocriti, Io. Lonicerõ interprete.
- Vide sermones & homilias in Theologicis; ubi elegatissimas theologorũ quærundã, ut Chrysoſtomi, Gregorij Nazianzeni, et aliorũ oratiões inuenies.
- ¶ *Orationes quædam recentiorum Latinae.*
- Orationes uariæ recentiorum in uarijs argumētis, maxime quod ad ritus & promotiones ut uocãt in Academicis attinet: uide circa finem Margaritæ poëticae Alberti de Eyb.
- Angeli Politiani orationes quædam, ut pro oratorib. Senensium, & alia pro oratoribus Florentinorum; pro prætore Florentino, &c.
- Bernardi Iustiniani orationes.
- Fran. Philelphi orationes 60. funebres, nuptiales, &c. Eiusdẽ oratio Cosmiaria.
- Francisci Robortelli orationes quædã.
- Gentiani Herueti orationes uariæ.
- Eiusdem de barba alenda uel radenda oratio.
- Henrici Cornelij Agrippæ, oratiões 10.
- Hermolai Barbari orationes.
- Hieronymi Nigri oratio.
- M. Antonij Sabellici progymnasticę aliquot orationes.
- ¶ Arbogasti Strub Glaronensij oratiões quædam.
- Iacobi Vuimpf. multæ & uariæ orationes.
- Marij Philelphi orationes. (nes.)
- Io. Trittemij orationes.
- ¶ Iulij Camilli orationes 1. Italicae.
- Cornelij Frangipani oratio Italica.
- ¶ *Orationes coram principibus, &c. Panegyricos, qui similiter coram principibus fiebant, mox in Demonstratiuo genere nominabimus.*

- Oratio ad Carolum magnū Gallorum regē, Marfil, Fic. inter epistolās, 12. 33.
 Oratio corā rege Angliā Io. Dieppurg.
 Oratio coram duce Sabaudia Io. Dieppurg.
 Orationes pro principibus multis Cælij Calcagnini.
 Orationes coram diuersis principib. habitā, Ludolphi de Eufchringen.
 Oratio in comitijs cum senatus sorte eligeretur, recentioris cuiusdam nescio cuius.
 Orationes duæ ad Tholosam Stephani Doleti.
 Oratio ad tribunos plebis Ph. Beroaldi.
 Pro prætore Florentino oratio, Angeli Politiani.
 Oratio p oratoribus Senensibus ad Alexandrum 6. Angeli Politiani.
 Oratio pro oratoribus Florentinorum ad Alfonso, Ang. Politiani.
 ¶ Fr. Philelphi oratio pro Lazaro Comensi episcopo.
 Pro rectoratu oratio Rod. Agricola.
 Oratio pro episcopo obedientiā populi suscipiente, Eras. Rot. Tomo 5.
 ¶ De præfatione quæ circa principium alicuius libri legendi fieri potest, oratio uicesima octaua ex 30. per Albertum de Eyb collectis.

TITVLVS IX. DE ORATIONIBUS IN GENERE DEMONSTRATIUI.

AD genus demonstratiuū pertinent Vituperia & Laudes. Sunt autē laudes uel deorum, uel hominum, uel aliarum rerum: Deorū, hymni appellantur, qui quoniam ligata oratione compositi omnes ferè sunt, in Poëtici locum habent. Hominum uero laudes encomia dicuntur, quod nomen minus proprie opinor, etiam ad alias res nonnulli extendunt. Et hominum quidem laudes, aliæ communes sunt; aliæ in principum honorem compositæ. Communes rursus aut muneris alicuius naturæ respectu fiunt, aut fortunæ ferè, aut amicitia: Naturæ muneris dico, ut sunt genethliacæ, nuptiales, & funebres: quarum plurimas in Historicis recensuimus. Genethliacæ uel de recens natis

cōponuntur, carmine ferè, ut Deo opt. max. gratias agamus, & bene ominemur, & felicem, longam, parentibus, patriæ & amicis iucundam, utilem, & honestam pueri uitam fuis ad Deum precibus optemus: Vel reuoluto anno eodem die, quo more Platonem sectatores eius, Christiani Christum & sanctos celebrauerunt. Nuptiales etiam & funebres carmine & prosa à ueteribus scriptas habemus: recentiores nuptias ferè carmine celebrant, heroico aut elegiaco. Plus enim hilaritatis carmen quam prosa habet: defunctorum laudes prosa frequentius, grauiore stylo, prosequuntur. Proinde nuptiales etiam ac hymenæos, & funebres & epitaphia illa quæ epigrammatis constant, in libro de Poëtica recensuimus. Fortunæ autem respectu ferè, sermones in hoc genere fieri dico, cum bonum aliquod corporis animiue alicui successerit: quocūq; enim bono auctum aliquem fortunatum appellant: etsi fortunæ causa, si proprie sumas, angustius accipiatur. Huiusmodi orationes gratulatorias uocamus. Amicitia autē ergo fiunt saluatoria, & eucharistica, id est gratiarum actiones pro acceptis beneficijs. Salutes enim & beneficia amicitie partes quedam, uel signa, uel officia, uel principia sunt. Hominum deniq; laudes, quedam principibus peculiare sunt, quas panegyricas appellant, quæ in magno hominū cœtu haberi soleant: & quia ferè in occurſu honoris gratia facto recitantur, hypanticas: Recentiorum quidam minus proprie puto panegyricos priuatorum quoq; hominum laudes uocant, aliqui etiam rerum, quod fieri fortè potest, dummodo in frequentia hominum habeantur, aut haberi fingantur: ad principes certe per excellentiam pertinet: forsitan & theologorum sermones, quos docendi gratia ad populum faciunt, (homilias aliqui dixerunt,) non inepte panegyricos appellaueris. Hæc utcūq; crassius & clarius, ut aliqua diuisionis & ordinis ratio pateret, præfari uisum est. Contrarij generis, quod in reprehensione situm est, differentias minus necessarium est persequi.

¶ De laude in genere.

Epæni & encomij discrimina, Cæli. 7. 6.
Pindaricum dictum, Neq; calida aqua
adeo mollia membra facit ut laus,
Tzetzes 7. 104.

In laudes, Anthologi parte 1. sect. 25.
De laude S. pater Maximus, Octauia=
nus Mirandula, Manipulus florum;
Vincentius Belluacensis 1. 3. 69.

Laudare, Doletus Tomo 2.
Approbandi, in tabula de synonymis
prouerbijs in Chiliades Erasmi.
Multi faciendū est laudari à laudato ui=
ro, Marsil. Fic. lib. 12. epist. 31.

Tantū ipsi nos pbare possumus, quan=
tum à pbatis ipsi approbamur, Mar=
sil. Fic. lib. 7. epist. 33.

Sæpe magna est laus, quæ breuis est,
Marsil. Fic. lib. 1. epist. 117.

Ratio laudandi, Marsil. Fic. li. 1. epist. 108.
Qua ratione sit quisq; laudandus, Mar=
sil. 1. 102.

Modus laudis absq; adulatione, Marsil.
1. 9.

Quomodo amandus sit quisq; & qmo=
do laudandus, Marsil. Fic. li. 1. epist. 28.

Sinistri quidē laudatores, Pet. Lagner.
Quod turpius est frigide laudari, quam
acerbius uituperari, Gell. 19. 3.

Quæ sit petitio & commendatio iusta,
Marsil. Fic. lib. 1. epist. 119.

Verissima laus est quæ laude digna est,
Marsil. 1. 92.

Quæ sit uera laudis laus, Marsil. Fic. 3. 12.
De laude & commendatione, Hierem.
Paduanus 4. 3. 13.

Commendatio, Marsil. 8. 46.
Solutus in amando laudandoq; nunquā
fallitur, cui amandi laudandiq; lex
Deus est, Marsil. 5. 23.

¶ Comendationes quæ per epistolas fi=
unt, uide supra li. 1. ubi de epistolis.

Orationes qua comendantur ad gradū
aliquem in Academijs promouendi,
uide lib. 1. Tit. 1. ubi de ratione studio
rum. Vide etiam paulo superius
in fine Tituli octauī.

¶ Demosthenis encomium, Lucianus.
De laudib. Helenę, Gorgias et Isocrates.
Busiridis laudes Isocrates celebravit.
Io. Campestri oratio laudatoria.

¶ Dionysij Halicarnassei præcepta. de

oratione panegyrica, nuptiali, nata=
litiā & epithalamijs.

Compositum corpus cur panegyricum
dicat, panegyris quid, Cælius 29. 12.

Vide paulo superius circa finem Tituli
octauī, de orationib. corā principib.

Panegyrici aliquot ueterum cum anno
tationibus B. Rhenani, apud Io. Fro
benium olim Basileæ in 4. excusi: ex
quibus sunt, qui sequunt, ab innomi=
natis authoribus scripti:

Panegyricus Cōstantino Aug. Con=
stantij filio dictus, chartis 2. et dimid.
Alius Cōstantino Augusto Flauien=
siū uel Heduarū noīe dictus, sesqui=
charta: uide præfatiunculā Rhenani.

Panegy. Maximiano Aug. dictus,
chartis 2. Vide præfationē Rhenani.

Panegyricus dictus Cōstantino imper.
per Nazarium.

Panegyricus Traiano C. Plinij Cæcilij
Nouoc.

Panegyrici tres pro Anthemio Aug. Iu
lio Valerio, & socero suo, C. Sollij
Sid. Apollin.

Panegyricus Theodosio Aug. Latini Pa
cati. Alius eidem, Paulini.

Panegyricus ad Philippum Burgundio
nē Des. Erasmi, Tomo. 4. opum eius.

Paneg. ad Maximilianum Aug. Hein=
rici Glareani.

Paneg. ad Ludouicum Sphortiam Phi=
lippi Beroaldi.

Paneg. duci Bauariæ Conradi Celtis.

Paneg. in Franciscum regem Io. Bapti=
stæ Egnatij.

Paneg. ad Euangelij studiosos heroēs,
Ioan. Pollij.

Paneg. in Albertum Magnum Huldry=
chi Hutteni.

Paneg. Gregorij Neocæsariensis.

Paneg. pro Heluetiorum foedere, Hen=
Glareani.

De concordia Christiani orbis paneg.
Theodorici Adamæi.

Panegyrica Frid. Naufææ.

In Petrum Mosellanum Panegy. Hen=
Stromayer.

Paneg. ad Trittemium, Rutgeri.
Salutationes principum, Aug. Dathus.

Declamatio pro D. Erasmo Rot. Ioan=
Herold.

- Panegyricæ aliquot orationes M. Ant. Sabellici.
- Panegyricus Romuli Amasæi.
- Sermo in approbatione Caroli regis.
- ¶ Laudatio pacis per Io. Lelundū, Sed rerū encomia passim in ipsis rerū locis inuenies: aliqua tamen hic etiam nominentur.
- Caluitij laus, Synesij Græce, & Latine Io. Phrea interprete.
- Chalcographiæ encomium Io. Arnoldi Bergellani.
- Pulicis encomion, Cælij Calcagnini.
- Muscæ ecomion, Lucianus.
- Quartanę encomiū, Guiliel. Insulanus.
- Regionum laudes (ut Brussiæ Erasmus Stella, et G. Ioachimus Rheticus) qui scripserint in Geographicis annotauimus.
- Locorum descriptiones, & laudes, chorographiæ & topographiæ, multæ apud historicos & poetas passim sunt, quarum nonnullæ alibi etiam dicuntur: ut et aliarum rerum encomia sua quæq; loco, alibi ueris & æstatis, alibi lapidis molaris, &c. Multas autem ex professo tales scripserūt Callistratus, Philostratus, Aphthonius, Theon.
- Demosthenes scripsit amatoriam orationem in laudem Epicratis. Plures forsitan huiusmodi reperias in Ethicis ubi de amore. Amatoriæ epistolæ, quales Ouidius scripsit, nō unius sunt generis, sed pro amoris affectuū inconstantia, uariant, & uarios affectus cōmiscet, laudant, reprehendunt, dolent, gaudent, sperant, metuunt.
- ¶ Congratulatio in noua dignitate cum auspicijs astronomicis, Marsil. Fic. li. 10. epist. 39.
- Tunc solum uiro dignitatem nactō congratulari debemus, cum dignitate dignus apparet, Marsil. 5. 28.
- Veritas uirum reddit dignum, Marsil. Fic. 5. 25.
- Congratulatio, Marsil. 8. 46.
- Gratulationes pro nouo pontifice, Augustini Dathi.
- Oratio gratulatoria pro consiliario Cæsaris, Rodolphi Agricolæ iunioris.
- Gratulatoria pro Florētinis Angeli Politiani.
- ¶ Gratiarum actiones uariæ, in Augustini Dathi orationibus.
- Eucharisticon ad Faustum Regiensensem C. Sollij Sidonij episcopi Auer.
- Ad Gratianum gratiarum actio, Decij Aufonij.
- Gratiæ ad conuuias, Aug. Dathi.
- In gratiarum actionibus habendis oratio uicesima nona, ex 30. per Albertū de Eyb collectis.
- ¶ Genethliacum Apellis scripsit Aristides. Plures dicuntur in historicis, & poëticis, parte 2. Tituli 8.
- Dionysij Halicarnassei præcepta de oratione natalitia, &c.
- ¶ Nuptialis oratio Phil. Beroaldi.
- Nuptiales orationes 7. Fr. Philelphi.
- Dionysij Halicarnassei præcepta de oratione nuptiali & epithalamijs, &c.
- ¶ Funebres orationes, ueterum, recentiorum, in principes, in mulieres.
- De funebris orationis origine, Polyd. 3. 10.
- De compositione oratiōis funebris Iac. Locher Philomusus.
- Funebris & alia quæ Epitaphios inscribitur, orationes Lysia.
- Gregorij Nazianzeni oratio funebris, quam Latinitate donauit Raph. Volaterranus.
- In Eteoneum & Alexandrum funebris oratio Aristidis.
- Demosthenis oratio funebris Græca, & Latina Io. Lonicerō interprete.
- Funebris de excessu fratris Saryri, Ambrosij Mediolanensis Tomo 3. operum eius.
- ¶ Funebres M. Antonij Sabellici, una in funere Zachariæ Barbari equitis, altera Benedicti regij oratoris.
- Cælij Calcagnini funebres quinque.
- Cælij Secundi Curionis funebres tres.
- Franc. Philelphi funebres 6.
- Funebres 8. Augustini Dathi.
- Funebres oratiōes Pogij, & Ioan. Ant. Campani.
- Io. Reuchlini funebris in Rodolphum Agricolam. De morte Rod. Agricolæ, Io. de Dalburg episcopus.
- Cl. Marleti funebris.
- Guil. Insulani Funebris in obitum Erasmi Rot.

Funeris de Iacobo Minutio Tolosæ habitata, Mich. Parmaterius excudit Lugduni, 1537. in 8.

Funer. pro D. Sebaldo Munstero per Phil. Melanchthonem.

Oratio funeris in obitu doctoris cuiusdam per Io. Draconitem.

Ofwaldi Myconij funeris.

Oratio in funere generosi adolescentis Antonij Palmerij, per Cl. Marlerum.

De morte Platinae, Sigismundus Fulginas. Lippus Brandolinus in Platinae exequiis. Parentalia Platinae, P. Franciscus Amerinus.

Leonardi Iustiniani funeris in laudem Caroli Zeni.

Oratio funeris Ioanni Ficinio Hessiae cancellario per Io. Lonicerum.

In M. Lutheri funebres Phil. Melanch. Latina, & Pomerani Germanica.

De insignium aliquot uirorum mortibus historias collocabimus in Historicis cum alijs tum ecclesiasticis.

¶ Funeris de morte Theodosij, oratio Ambrosij Mediolanens. 5. Eiusdem funeris de obitu Valentiniiani 7.

Funeris in Maximilianum Caesarem Phil. Melanchthonis.

Oratio funeris in Franciscum Valesium Delph. demortuum, excusa Parisijs apud Virechelum.

Oratio in parentalibus Fr. Sphortiae per Fr. Philelphum.

In funere Laurentij de Medicis Pogij Florentini oratio.

In Eberhardum ducem Vuirtenbergensem funeris Ioach. Camerarij.

In ducem Saxonie Ioannem funebres M. Lutheri, & Phil. Melanchthonis.

In Fridericum Saxoniae ducem funebres eorundem.

¶ De funebribus orationibus mulierum, Caelius 13 33.

Funeris pro D. Margareta Austriacorum & Burgundionum principe, Henrici Cornelij Agrippae.

In Beatricem reginam Vngariae, Cael. Calcagnini funeris.

Epitaphia & carmina in quorundam mortes, quare in poetis.

TITVLVS X. DELIBERATIUI generis exempla quaedam, & consolationes & petitiones.

Hermogenis de inuentione liber secundus progymnasmata deliberatiua habet, ut de colonijs ducendis, de legum latone, de bello & pace.

Suasoriarum et controuersiarum Seneca lib. 6. in quib. declamationes 35.

De bello suscipiendo in Turcas, Des. Erasmus ad Carolum v. Tomo 5. operum ipsius.

De bello contra Turcas suscipiendo: uide de inter haereticos in Theologicis.

Consolandi ratio, Brusonius 2. 17.

Consolatio, uide in Ethicis ubi de spe, et rursus ubi de morte, & de fortuna aduersa.

Consolatio, Anthologij lib. 1. sectione 63.

Consolatio in alicuius obitu, Marsil. Fic. lib. 1. epist. 111.

Petitiones, Brusonius 5. 24.

Petitio, Octavianus Mir. Manip. florū, Lumen animae ca. 185. p. 2. Vincensius 3. 10. 36.

De petitione Amisenorum, C. Plinius lib. 10. epistolarum.

De petitione consulatus, Q. Cicero ad M. Tullium fratrem.

Ad Caesarem Ouidius in Tristibus Elegias aliquot scribit, quibus ueniam ab eo petit.

TITVLVS XI. DE IUDICIALI genere.

Accusare, Doletus Tomo 2.

Adamnandi, uide tabulam in prouerbis synonyma in Chiliades Erasmi.

Ratio uituperandi, Marsil. Fic. 1. 108.

Expostulationes quando uitandae, Gellius 8. 6.

Excusatio, Anthologij lib. 1. sectione 53.

Excusatio, Lumen animae, c. 86. p. 2. & Manip. florum.

Præcedere, excusare, Doletus Tomo 2.

Anticategoria, Jac. Locher Philomusi. Scripti & uoluntatis quaestio triplex, Caelius 7. 22.

De genere controuersiae quod Graece ἀπολογία appellatur, Gellius 9. 15.

Qua ob causam C. Bassus genus quoddam iudicij diuinationem appellari scripserit, & quam alij causam eius uocabuli dixerint, Gellius 2. 4.

Vlysses contra Palamedem, Alcidamantis oratio.

In Demosthenis & Aeschinis orationes contrarias, Phil. Melanchthon.
 Libanij tres declamationes Des. Erasmus transtulit.
 Suaforiarum & controuerfiarum lib. 6.
 L. An. Senecæ in quibus declamationes sunt 35.
 L. An. Senecæ Declamationum lib. 10.
 Declamationes Senecæ cōmentarijs illustrauit Rod. Agricola.
 Vide supra Titulo 7. plura exempla forensium declamationum.
 Declamationes 19. M. Fabij Quintilianij.
 Declamationes 6. 10. Ludouici Viuis.
 Declamationes Syllanæ 10. Lud. Viuis.
 Declamatio contra Catilinam Portij Latronis.
 Inuectiua in Cic. C. Crispi Salustij.
 Contra Laur. Vallam inuectiua Poggij Florentini.
 Contra Germanum Brixium Morus.
 Inuectiua Huldrychi Hutteni, Pontici Virmij.
 Aduersus impudentes quosdam grauculos Des. Erasmus Tomo 9.
 Apologia ad amicū super lapsu memoriæ, Ioach. Camerarij.
 Apologia ad imperatorem Sigeberti.
 Apologias alias alibi ponemus, ne quis omnibus in unum cōgestis immodicæ curiositatis nos accuset.
TITVLVS XII. DE MEMORIA,
et arte circa eam.
Quod optimi oratores in dicendo exciderint, Crinitus 5. 3.
 Ioach. Camerarij apologia super lapsu memoriæ.
 Ars memoratiua nescio cuius authoris, impressa Argentorati apud Baltasarem Beck.
 Francisci Petrarchæ ars memoratiua.
 Guilielmi Leporei ars memoratiua.
 Hermanni Buschij ars memoratiua, & alia Io. Cufani.
 Iacobi Pobllicij epitome oratoriæ artis & memoriæ.
 Io. Komberack scripsit congestoriū artificiosæ memoriæ.
 Ioan. de Indagine de arte memoratiua spiritali.
 Ioan. Michaëlis Alberti Carrariensis de omnibus ingenijs augendæ memoriæ libellus.

De memoria artificiali M. T. Ciceronis libellus Græcus, in Bibliotheca quadam Italia: haud scio an auctore Cicerone scriptus, & Græce forsan ab aliquo redditus; an ab alio de Ciceronis memoria.

Matthæoli ars memoratiua.

Marsilius Ficinus præcepta quædam ad memoriam tradit, lib. 1. epistola 104.

Artis memoratiuæ conclusiones quædam, excusæ cum Appendice Margaritæ philosophicæ, charta 1.

Petri Rauennatis ars memoratiua.

Quis primus memoriæ artem monstrauerit, aut qui eiusdem gloriâ adepti sint, Polydorus 2. 9.

De memoria & pertinentibus ad eam plura dicentur in physicis.

A P P E N D I X.

Quoniam libros singulos, si fieri posset, seorsim esse cupimus, ne charta uacaret aliqua, breues nonnullis appendices subiecimus. Rhetoricis argumenta in singulos libros rhetoricorū Ge. Trapezuntij primū, deinde M. Fabij Quintilianij addidimus, non temere opinor; neq; enim sic in uno conspectu in excussis illorū exemplaribus habentur, quod uiderim. Studiosus sanè rhetorices, professor præcipue aliquis, rem utilem faceret, si omnium qui extant huius methodi scriptorum, aut meliorum saltem descripta capita conferret, atq; in unam tabulam redigeret, uel nostrum in hoc libro obseruatum, uel alium ordinem secutus, ut qui quotq; auctores de singulis rebus docerent in promptu haberet; Quod nos in cæteris quidem libris huius opis aliqua ex parte facere inchoauimus, maiori tamen diligentia in Medicis. Principium in omnibus difficillimū est, quare si saltem non infeliciter incipimus boni consulant studiosi.

¶ Libri primi Rhetoricorum G. TRAPEZVNTII capita.

- Præfatio 1. Rhetoricæ finitio, partes: Quæ causarum genera, & alia quædam ad rhetoricen præludia.
 2. De oratiōis partib. 3. De exordio.
 4. De narratione. 5. De contentione.
 6. De confirmatione & confutatione.
 7. Quot sint status.

8. De

8. De propositione & diuisione.

¶ *Libri secundi.*

1. De confirmatione & confutatione;
de qua etiam lib. 3. ca. 4.
2. De diffinitiuâ constitutione,
3. De absoluta iuridiciali,
4. De assumptiuâ iuridiciali.
5. De negotiali & translatiuâ,
6. De deprecatione,

¶ *Libri tertij.*

- Præfatio. 1. De argumentatione.
2. De diuisione. 3. De locis dialecticis,
 4. De confutatione: de qua etiam lib. 2.
 5. De peroratione. (ca. 1.)

¶ *Libri quarti.*

1. De genere deliberatiuo,
2. De genere demonstratiuo,
3. De ductu causæ. 4. De dispositiõe.
5. De memoria artificiali.
6. De pnunciatione. 7. De motu cor

¶ *Libri quinti.*

(poris.

- Præfatio. 1. De elocutione,
2. De formis elocutionis,
 3. De magnitudine,
 4. De pulchritudine,
 5. De uelocitate,
 6. De morata oratione,
 7. De obiurgatione,
 8. De uera grauitate,
 9. De formis dicendi in singulis orationis partibus.

¶ *M. FABII Quintiliani oratorie institutionis libri primi argumentum per capita.*

Proœmium ad Marcellum Victorium,
Cap. 1. Quam spem de filio recens nato percipiat pater, & à quali nutrice, & inter quos collactaneos educandum curet,

2. Quales præceptores esse debeant, & à quo sermone & à qua ætate auspicandum sit,
3. Vtrū utilius domi an in scholis erudiantur,
4. Quâ ratiõe in paruís ingenia dignoscantur, & q̄modo tractanda sint,
5. De grammatica,
6. De literis & earum potestate,
7. De partibus orationis,
8. Declinare in primis nomina & uerba scire oportere pueros, & genera
9. De uerbis & uerbalibus. (nosse.
10. De uirtutib, & uitijis orationis,
11. De uetustis uerbis, & quibus uerbis

sit utendū, 12. De consuetudine,

13. De orthographia,
14. De lectione pueri,
15. De officio grammatici, & quæ primordia sint dicendi.
16. An oratori futuro necessaria sit pluriarum artium scientia,
17. De Musice, & eius laudibus,
18. Commodam geometriam oratori,
19. De prima pronunciatione, et gestus institutione,
20. An prædicta discenda sint eodem tempore.

¶ *Libri secundi capita.*

1. Quando rhetori sit tradendus puer,
2. De moribus & officijs præceptoris,
3. An protinus præceptore optimo sit utendum
4. De primis apud rhetorem exercitationibus,
5. De lectione oratorum, & historicorum apud rhetorem,
6. Qui primi legēdi. 7. De diuisione,
8. De ediscendo,
9. An secundum sui quisq̄ ingenij docendus sit naturam,
10. De officio discipulorum,
11. De utilitate & ratione declamandi,
12. An artis necessaria cognitio sit,
13. Quare ineruditi ingeniosiores uulgo habeantur,
14. Quis modus in arte,
15. Diuisione totius operis,
16. Quid sit rhetorice, & quis eius finis,
17. An utilis sit rhetorice,
18. An rhetorice sit ars,
19. Generalis diuisione artium, & ex quibus sit rhetorica,
20. Vtrum plus cōferat eloquentiæ ars, an natura.
21. An uirtus sit rhetorica,
22. Quæ sit eius materia,

¶ *Libri tertij capita.*

1. De scriptoribus rhetoricæ,
2. Quod initium rhetorices,
3. Quinq̄ esse partes rhetoricæ,
4. Triâ esse genera causarum,
5. Quibus contineatur omnis ratio dicendi,
6. Quid sit status. (cendi.
7. Vnde ducatur status, & reus an actor statum faciat.
8. Quot & qui status,
9. De demonstratiuo, quod constat lau

DE RHETORICA APPENDIX.

- de & uituperatione.
 10. De suaforia seu deliberatiua, & pro-
 sopopœia.
 11. De partibus causarum iudicialium.
 12. De generibus iudicialium contro-
 uersiarum.
 13. Quid quæstio, & quæ sit ratio, iudi-
 catio, continens, & quatenus ne-
 cessaria.

¶ Libri quarti capita.

- Prologus. 1. De exordio.
 2. De narratione. 3. De egressione.
 4. De propositione. 5. De partitione.

¶ Libri quinti capita.

- Prologus. 1. De probationū diuisione.
 2. De præiudicijs.
 3. De rumore & fama.
 4. De tormentis.
 5. De tabulis & ijs quæ contra tabulas.
 6. De iureiurando. 7. De testibus.
 8. De probatōne artificiali.
 9. De signis. 10. De argumentis.
 11. De exemplis.
 12. De usu argumentorum.
 13. De refutatione.
 14. Quibus constet epichirema, & quo
 modo refellatur.

¶ Libri sexti capita.

- Proœmiū in quo de fortuna sua querit.
 1. De conclusione seu peroratione.
 2. Adhuc de affectibus mouendis.
 3. Diuisio affectuum, & quomodo mo-
 uendi sint.
 4. De risu. 5. De altercatione.
 6. De iudicio & consilio.

¶ Libri septimi capita.

1. De diuisione in uniuersum seu paren-
 2. De dispositione facienda. (chiresi.
 3. De coniectura. 4. De finitione.
 5. De qualitate.
 6. De actionis quæstione.
 7. De statu ex scripto & uoluntate.

8. De contrarijs legibus.
 9. De syllogismo seu ratiocinatione.
 10. De ambiguo seu amphibologia.
 11. Quæ sit inter status cognatio, & quæ
 diuersitas.

¶ Libri octauī capita.

- Proœmiū. 1. Quæ in elocutione spe-
 ctanda. 2. De perspicuitate.
 3. De ornatu. 4. De amplificatione.
 5. De generibus sententiarum.
 6. De tropis.

¶ Libri noni capita.

1. In quo differant figuræ à tropis.
 2. De figuris sententiarum.
 3. De figuris uerborum.
 4. De compositione.

¶ Libri decimi, de copia uerborum caput
 est unum.

¶ Libri undecimi capita.

1. Præfatio, & de apte dicendo.
 2. De memoria. 3. De pronuntiatiōe.

¶ Libri duodecimi capita.

- Proœmiū. 1. Non posse oratorē esse
 nisi uirum bonum.
 2. Cognoscēda esse oratori, quibus mo-
 res fermentur.
 3. Necessariam iuris ciuiliſ oratori esse
 scientiam.
 4. Necessariam oratori cognitionem hi-
 storiarum.
 5. Quæ sint oratoris instrumenta.
 6. Quod sit incipiēdi causas agere tem-
 pus.
 7. Quæ in suscipiendis causis oratori
 obseruanda sint.
 8. Quæ in discendis causis oratori ob-
 seruanda sint.
 9. Quæ seruanda in agendis causis ora-
 tori sint.
 10. De genere dicendi.
 11. Quæ post finem studia.